Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bibliorum summae - Cod. Aug. pap. 27

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Secundus liber regum

urn:nbn:de:bsz:31-72803

Visual Library

Dauid aut et omnes qui cu eo erant cu morte saul intellige-
rent sciderunt vestimenta sua plangentes et ieiunan-
tes usque ad vesperam ... Et dauid ait adolescenti vn-
de es et mortuus est saul et ionathan filius eius Qui
respondit Vidi incubentem sup hastam suam Et dixit ad
me Interfice me ne occidant me incircumcisi et occidi
eum quia videbam non posset et tuli ad te diadema de ca-
pite eius et armillam de brachio suo Et ait dauid Quare
non timuisti mittere manum tuam in xpm dni Et iubente dauid vnus de pue-
ris eius occidit eum Tunc plorauit dauid planctu magno super saul et
Jonatham filium eius

Capitulum secundum

Post hec iubente deo ascendit dauid in ebron et unctus est ibi in regem
sup tribum iuda Abner vero princeps exercitus saul tulit ysboseth
et eduxit eum in castra et unctus est in regem sup ysrael

Cap 3m

Facta est autem longa contentio inter hos duos reges

Cap quartum

Post hec percussus est abner a ioab ysboseth vero cum recubaret in
meridie occisus est

Capitulum quintum

Postea collecto exercitu dauid ascendit in ierlm ut caperet iebuseum
Qui posuerunt cecos et claudos sup murum in derisionem dauid
dicentes Non ingredieris huc nisi abstuleris cecos et claudos
... ne indigemus Et obtinuit arc-
adeo est fortis ... et parte ciuitatis vocauit ciuitatem dauid
a et edificauit in circuitu eius ... ad quam yram rex misit ei ligna et arti-
fices ... domum edificat ... fecit tabernaculum ad reponendum archam

Cap 6m

... Et iuxta domum illam ... milibus ... Et posuerunt archam
Et descendit dauid cu populo ... et tulerunt eam in domum aminadab ... porta-
sup plaustrum nouum et tulerunt ... de azoto Duo aut filii aminadab ... minabant
plaustrum ... precedebat ... sequebat Dauid aut et omnis ysrael psal-
lebat coram archa cum musicis instrumentis Cum aut venisset ad aream
nachon ... boues et inclinata est archa Et extendit oza
manum et tenuit eam et ... quia tetigit eam cum non esset
sacerdos et quia ea nocte dormierat cu vxore sua Dauid aut erat
accinctus ephot lineo psallebat coram archa Quod videns michol vxor
eius ... despexit eum Cumque posuisset archam in loco suo obtulit
holocausta et benedixit populo et partitus est singulis ... et
assaturam ... et similam frixam oleo Cumque dauid rediret in domum suam
dixit michol subsanando Quam gloriosus fuit hodie rex ... vnus de scurris
Cui rex Viuit dominus ... et humilis ... coram domino qui elegit me
... saul fuit ... michol Et cum dauid occiso golya re-
diret cu saul ... dicebatur mulieres ... et cum instrumentis
... Saul percussit mille Et dauid de-
cem milia Quod audiens saul timuit perdere regnum ... dedit ei filiam suam
michol ... abner ... ysboseth pugnaret ... dauid ... abner
fugit cu suis Erant aut ibi ... Et ... tres erant filii ...
... vnus asael velocissimus ... abner ...
que percussit abner in fuga ... haste in inguine Et mortuus
est ... aut et ioab secuti sunt eum usque ad solis occubitum
... occidit abner in vltione sanguinis asael

Cap septimum

Factum est aut cum rex sederet in domo sua et locasset archam in
ierlm dixit ad nathan prophetam Vides quod ego habitem in domo ce-
drina et archa dei posita sit in medio pellium ...
Et ait nathan ... domus ... dixerat ...

nocte factum est verbum domini ad nathan dic servo meo david non edificabit
domum michi quia sanguinarius es filius tuus successor tuus in regno faciet domum novam
in eo et stabiliam thronum eius usque in sempiternum Et ego ero illi in patrem
et ipse erit michi in filium Explicat promissio continuat quod filius sit salomon
Quod audiens gavisus est david et gratias egit deo Capitulum decimum

Factum est autem eo tempore ut rex amonitarum naas moreretur et regna-
ret amon filius eius pro eo misit quod david nuncios ut consolaretur eum
de morte patris Principes autem amon dixerunt regi Vestis
quia misit david ut videret in gressu tuum et exitum tuum et pervertet te et
terram tuam Tulit itaque amon servos david et rasit dimidiam partem bar-
be eorum et precidit vestes eorum usque ad nates et remisit eos Capitulum xi

Videns filii david factum eorum filios amon et absciderunt vestes
vere eorum David autem remansit in ierusalem Accidit autem ut surgeret
david de strato post meridiem et ambularet in solario vidit quod ex ad-
verso bersabee uxorem urie lavantem se ad aquam Cuius ipse visus vo-
tavit eam et cognovit et ad tactum regium cessabat menstrua et concepit
Cognoverat hoc nathan propheta in spiritu et veniebat ad david ut prohiberet
antequam veniret mulier et impedivit eum dyabolus Ita in via invenit hominem
occisum nudum iacentem et moram fecit ibi Cum itaque precepit david eam concepisse
vocavit uriam et scripsit ei epistolam ut ferret ad ioab et precepit ut poneret
uriam in capite belli in qua gravius pugnaret Et sic urias secundum mandatum regis
interiit Mortuo propterea bersabee morte viri planxit eum Et transacto
luctu vocavit eam david et facta est ei uxor et peperit ei filium Capitulum xii

Tunc dominus misit nathan prophetam ad david qui proposuit ei enigma
de divite habente oves plurimas qui rapuit pauperi vicino ovi-
culam solam quam habebat ut pararet cibos hospiti qui venerat
Respondit david Vivit dominus quia filius mortis est qui hoc fecit et ovem reddet
in quadruplum Et dixit propheta Tu es vir ille Uxorem urie accepisti
tibi ut et occultavisses adulterium interfecisti gladio filiorum amon Quapropter
hec dicit dominus Non recedet gladius de domo tua in sempiternum Et ait
david Peccavi domine et descendens de throno sedit in terra et coram ceteris
confiteri peccatum non erubuit Unde nathan dixit ei Transtulit dominus peccatum
tuum non morieris sed regnum amittes Verumtamen filius qui natus est tibi
morietur Percussit autem puerum dominus ad desperationem et oravit david pro
puero et ieiunavit et iacuit super terram et noluit consolari Die autem septi-
mo mortuus est infans et david leta facie et mutata veste ivit orare
ad dominum Et consolatus comedit et admirati sunt servi quod consuetudinem
mutasset Et ait ad eos Cum adhuc viveret flevi et oravi ut viveret eo
mortuo quare flere Quod postero revocare Immo ego vadam ad eum ille vero
non revertetur ad me Hec dicebat david ut consolaretur bersabee quam dilige-
bat eam Post hoc autem genuit ex ea filium quem vocavit salomonem quem mi-
sit in manum nathan prophete Capitulum 13

Visitavit autem dominus malum in domo david in hunc modum Amon pri-
mogenitus david diligebat thamar sororem absolon filii david ex
utroque parente ita ut deperiret de ea et contabesceret Cum autem venit
david ad visitandum eum dixit ei Veniat oro thamar soror mea et
faciat michi pulmentum ut comedam de manu eius Cumque venisset thamar
coxit quod in oculis eius sorbiunculas et eiecit amon a se universos et
apprehendit eam et ait Cuba mecum soror mea Que respondit Noli
opprimere me frater sed loquere ad regem et non negabit me tibi Hec dice-
bat ut subterfugeret manus eius Non enim licitum erat in lege ut quis
duceret sororem suam ex patre Noluit autem acquiescere amon et oppressit

cam Et statim exosam eam habuit magis quam ante dilexerat eam Et eiecit eam
a se rogantem ut apud eum maneret et esset ei uxor Que aspersit cinerem
capiti suo et rescidit tunicam talarem qua ... utebatur album mantale
quo utebantur regine virgines Et imposuit manibus super caput venit ad
fratrem suum absalon eiulans qui frater ait Tace soror frater meus est eum
et mansit in domo absalon longo tempore vidua conturbata Post vero biennium
et ait absalon ad patrem Veniat david vel saltem filii eius ad convivium
meum et iussu regis abierunt amon et filii regis cum eo cumque recumberet
servi absalon ex precepto eius interfecerunt amon reliqui vero filii
regis fugerunt Venit fama ad david quod percussisset absalon omnes filios regis
et scidit rex vestimenta sua Ioab autem ait ad regem Ne timeas rex solus
amon mortuus est quoniam oppressit sororem suam Capitulum decimumquintum
Porro absalon fugit defuit que tribus annis Rex autem consolatus est de morte
amon et cessavit velle persequi absalon Et ait rex Non videat faciem
meam donec vocem eum ne eo viso recrudescat in me dolor filii et mansit
absalon in ierusalem duobus annis et faciem regis non vidit Porro absalon erat
decorus nimis cuius cesaries tanta erat et cogente ut post in novis diebus pondus
detonsi capillorum ducentos ciclos forte tonsura illa
esset que semel in anno tonsa pondeabat ducentos ciclos Misitque absalon
(...) emebat milites ut subornaret omnes suos
... ad ioab ut intercederet pro eo ad regem qui noluit venire ad eum Re-
spexit ioab ut intercederet ... ... Ioab quod fecit ioab
scit quod absalon servos suos ut incenderet
venit ad eum dicens David fecit ut servi tui Respondit Volui te habere non
potera Obsecro intercede regem ut videam faciem eius aliogin interficiet me Capitulum 14
Et ingressus ioab ad regem vocatus est absalon et osculatus est eum rex
Tunc cepit absalon appropiare ad regnum post quatuor annos dixit ad regem
Dum esset in ierusalem vovi si me reduxerit dominus in ierusalem sacrificabo domino
in ebron vadam ergo ut reddam vota mea Et ait rex Vade in pace
... absalon in ebron vocans consilio achitophel qui fuit consiliarius david
et ingressi sunt multi cum eo ad ierusalem ignorantes Cumque immolasset hostias
et ... ... augebat populus cum absalon Quod cum
ei facta est coniuracio fortissima et augebat ... Egrediamur cito ne forte veniens absalon
occupasset david ait servis suis Egrediamur cito ne forte veniens absalon
... ... Et ... est rex et ... ... nudis pedibus et dimisit decem
concubinas ad custodiendam domum et transgressi sunt regem ... flentes
torrentem cedron et levite portantes archam deposuerunt eam donec ab ...
... consuluit dominum Cui ... Respondit ei Et ... ait david ad sadoch Revertere
tu in civitatem ... ... intelligam quid agat
et reduxerunt eum archam Cumque ascendisset david clivum oliveti dixit ad
chusi consiliarium suum revertere et ... absalon ... audies ... in
Capitulum sedecimum
Et venit chusi ad absalon in dolo et
adoraverunt eum dicens Salve rex Cui absalon Quare non ivisti cum
amico tuo david Cui respondit Cui populus ... ... quod filio regis Cui
... ... absalon coram omnibus ad decem concubinas patris quas dimiserat ...
domus de consilio achitophel ut ... ...
Capitulum decimumseptimum
Et dixit achitophel ad absalon Eligam
mihi duodecim milia virorum Et persequar hac nocte david et habebat
consilium chusi Cui ait Non est bonum consilium istud nisi prius tuum et vi-
... nos enim ... timebunt ... ...
... eius esse fortissimos ... ... et placuit omnibus
... ... et ... ... iuxta
consilium chusi Et misit chusi ancillam ad filios sacerdotum qui ... iuxta
fontem rogel ... ... ad abluendum ut annunciaret david ut non ma-
neret in deserto nocte illa sed transiret ad iordanem Vidit autem eos puer quidam
et indicavit absalon Qui misit post eos Et illi fugientes venerunt ad
bahurim in domum ... mulieris rogantes ut celaret eos Que dimi-

sit eos in puteum et expandit velamen sup os putei q̄si siccans tipsanas
x credens eos ipsos et sic res latuit de sacerdotibus Cumque venissent servi
qui missi fuerant illi ascendentes de puteo nunciaverunt david que dicta eis
fuerant Et transivit david cum suis iordanem Porro achitophel timens
tradi in manus david descendit in domum suam et laqueo se suspendit Absalon
autem collegit exercitum et transivit iordanem post david Cap decimum octavum

Porro david divisit populum suum in tres partes unam dedit ioab alteram
abisay tertiam ethei getheo Cumque vellet rex egredi cum eis ad pu-
gnam dixerunt Non ibis te salvum querunt alios non curant Cumque congre-
derentur ceciderunt septem milia Stabat david iuxta portam et dicebat serva-
te michi puerum absalon Et factum est prelium in die illa et fugit exercitus
absalon et cesi ex eis viginti milibus et plures interfecerunt bestie saltus
quam gladius Confugiens quoque absalon super mulum venit ad quercum condensam
et intercepto capite eius ramis mulus pertransiit eo suspenso Et veniens
ioab tres lanceas infixit in corde absalon que adhuc palpitante et feriret
viri ioab Et proiecerunt eum in foveam grandem et comportaverunt super eum
acervum lapidum ut duplici morte periret tam formosus Et perveniens
nuncius nunciavit hoc david Et contristatus est rex et ascendit cenaculum porte
plorans operto capite et clamans fili mi absalon quis michi det ut moriar
pro te absalon fili mi fili mi absalon Capitulum decimum nonum

Quod audiens populus timuit ingredi civitatem Et dixit ioab ad regem
Confudisti hodie vultus eorum qui salvam fecerunt animam tuam Procede et
alloquere servos tuos Alioquin nec remanebit unus tecum hac no-
cte et hoc erit malum super omnia que unquam passus es Sedit ergo rex in porta
lota facie et venit ad eum omnis multitudo et benigne locutus est eis Cap xx

Factum est autem famem venit in diebus david tribus annis Et censuit nu-
merare david Et oravit dicens Obsecro domine transfer iniquitatem meam quia
peccavi nimis Diluculo misit ad eum dominus gad prophetam tria si-
[illegible] portare Qui ait ad david Aut septem annis veniet tibi fames
in regno tuo aut tribus mensibus fugies inimicos tuos aut tribus diebus erit
pestilencia in populo tuo Et ait david Coartor nimis Si famem eligo
erit pestilencia [illegible] Si victoriam hostium eligo similiter erunt
pauperes destituti et non divites Si [illegible] fortissimos Eligo ergo plagam que
communis est et non meum gladium ... fortissimos Eligo ergo plagam quem
rex et plebs Misit ergo pestilenciam dominus in israel de mane usque ad horam prandii
et mortui sunt ex populo a dan usque bersabee lxx milia virorum
Cumque extendisset manum suam angelus domini super ierusalem ut disperderet eam et staret
iuxta aream areuna iebusei gladio evaginato clamavit ad eum david
Ego sum qui peccavi isti qui oves sunt quid fecerunt vertatur obsecro
manus tua contra me et contra domum patris mei Et misertus dominus ait
ad angelum Sufficit contine manum tuam Et dixit gad propheta ad david Fac
altare domino in area ubi angelum vidisti Et dixit david ad areuna Vende
michi aream tuam ut edificem ibi altare domino Respondit in scriptura Quod factum
est Emit ergo david aream sexcentis siclis auri et boves ad ymolandum ipsos
et fecit altare et obtulit holocausta Et propiciatus est dominus

Incipit tercius liber Regum Cap primum

Rex autem david senuerat cumque operiretur vestibus non calefie-
bat et invenerunt ei abisach sunamitem puellam pulchram
nimis que dormiebat cum rege et calefaciebat eum et mini-
strabat ei Rex autem non cognovit eam Adonyas autem quartus
filius david fiduciam habuit regnandi Fecit sibi currum
et equites de consilio ioab et abyathar sacerdotis Et
fecit sibi grande convivium et vocavit filios regis.